



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 4. S Anselmus Episcopus Lucensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

§. IV.

Sæculum XI.
A.C. 1073.*S. Anselmus Episcopus Lucensis.*

Alexander II. Papa, quoad vixit, Episcopatum Lucensem in Tuscia sibi retinuit. Ipso vero defuncto ad eam Sedem occupandam electus est alius, nomine Anselmus, quem ipse Alexander Episcopatu dignum iudicans ad Henricum Regem miserat Investituram accepturum. Unde videmus, Alexandrum Papam hanc consuetudinem non damnasse. Anselmus vero, cum sibi persuasum haberet, Sæcularis potestatis non esse, Ecclesiasticas conferre Dignitates, tanta industria usus est, ut ex aula, nulla accepta Investitura, redire licuerit. Eo igitur in Episcopum Lucensem electo Gregorius Papa data ad Beatricem Comitissam epistola ipsum ab eximia rerum Ecclesiasticarum scientia & acri iudicio commendavit. Tum datis ad ipsum Anselmum literis hortabatur; caveret sibi, & de manu Regis Investituram Episcopatus sui nequaquam reciperet, nisi prius Henricus cum Papa in gratiam rediisset, quod salutare negotium Agnes Imperatrix, Beatrix Comitissa, cum Mathilde, & Rudolphus Dux Sueviæ magno studio curarent.

vit. Anselm.
Sæc. Ben. p.
2. p. 471.

ep. II.
ep. 21.

Anselmus Papam adiit mense Decem-
bri hujus anni millesimi septuagesimi
tertii, 1074. p. 196.

O 3

Chr. Hugo.
Flavin. an.

Sæculum XI. tertii, petens ordinari. Sed ecce, ad
A.C. 1073. sunt Romæ Legati Regis Henrici Papam
 orantes, ne Anselmum, nec etiam Hugo-
 nem, Episcopum Dianum, qui etiam Or-
 dinationis causa Romæ degebat, conse-
 craret, quod neuter Investituram acce-
 pisset. Annuuit Pontifex petitioni Regis
 in causa Anselmi, non item in causa Hu-
 gonis. Itaque Anselmus, accepta prius
 a Rege per anulum & pedum Investi-
 tura, consecratur. Sed deinde facti pen-
 nitentia subeunte, e domo abiit, quasi
 longam peregrinationem suscepturus, &
 ubi Cluniacum pervenit, monachum in-
 duit. Exiit tamen invitus, at iussus a
 Papa Gregorio, in cujus manus acceptum
 a Rege anulum & pedum cum reddi-
 disse, muneri Episcopali ab eodem resti-
 tuitur, addita solum licentia vestem mo-
 nasticam retinendi.

§. V.

Hugo Episcopus Dienfis.

to. 10. Conc. Electionem Hugonis Episcopi Dienfis
p. 308. Et adjuncta singularia comitabantur.
1811. ex Chr. Alexander II. Papa Giraldum Episcopum
Hug. Flav. Ostiensem cum Legati potestate in Fran-
p. 194. ciam & Burgundiam miserat, qui Cabi-
 loni ad Ararim amnem, cujus civitatis
 Episcopus fuit Roclenus, vir doctus &
 præcipue in Sacris literis versatus, Con-
 cilium celebravit. Eo soluto, Giraldus